

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Consilium y
cum fonte primo

Non disponet singula
nisi cui iam uite sue summa proposita est.
Nemo, quamvis paratos habeat colores,
similitudinem reddet
nisi iam constet quid uelit pingere.

Scire debet quid petat ille
qui sagittam uult mittere,
et tunc dirigere ac moderari manu telum.
Errant consilia nostra
quia non habent quo dirigantur.
Ignoranti quem portum petat
nullus suus uentus est.
Necesse est multum in uita nostra casus possit
quia uiuimus casu.

Seneca epistola LXXII.

Illi enim consentire debet quidquid agimus:
non disponet singula,
nisi cui iam vitae suae summa proposita est.

Nemo, quamvis paratos habeat colores,
similitudinem reddet,
nisi iam constat quid velit pingere.

Ideo peccamus
quia de partibus vitae omnes deliberamus,
de tota nemo deliberat.

Scire debet quid petat ille
qui sagittam vult mittere,
et tunc dirigere ac moderari manu telum:
errant consilia nostra,
quia non habent quo dirigantur;
ignoranti quem portum petat
nullus suus ventus est.
Necesse est multum in vita nostra casus possit,
quia vivimus casu.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium epistulae morales*, 71, 2-3 (L. Reynolds ed., vol.1, p.209, ll.15-24).